

1017

P A T R I S T I C I.

1018

ro in *Waddingi Bibl. Ord.* nihil in vita *Jobannis XXII.* apud *Ciaconium*, eiusque *Additores*, nihil praeter nudum nomen et annum 1333. apud *Ughellium* in *Italia sacra*, Catalogoque *Epp. Sarnensium Salernitani Suffraganeorum.* Solus *Baluzius* in *Not. ad Vitas Papar. Avenion. col. 735.* et ex eo *Oudinus T. III. col. 880.* Viri

meminere, *Tractatum* ab eo *de Potestate Ecclesiae* scriptum circa an. 1327. e *Cod. 506. Biblioth. Colbert.* indicantes. Huic igitur *Florilegium* nostrum adde. Praefert illud *Elenchum Personarum*, ad quas datae sunt *Epistolae* et harum principia ad sequentem modum:

1. *Roberto nepoti suo ab ordine cisterciensium ad chuniacenses absque licentia transeunti.* Satis et plusquam fatis.
2. *Fulconi adolescenti.* Bone indolis adolescenti.
3. *Quibusdam monachis (Canonicis).* Exortatio illa. &c.

Usque ad *Epistolam 124.* decurrit aequaliter cum *Edit. Maur. Opp. Bern. T. I. Paris. 1690. col. 127. f. Elenchus* iste; deinceps vero declinat, habetque *Epistolis 108.* minus, quam *Edita*; interim gratum certe fuisset *Editoribus*, si aliquam ejus habuissent notitiam, cum propter ordinem, tum etiam propter inscriptiones *Epistolarum* et vel ipsum *Textum.* *Elenchum* excipiunt *Monita tria* de usu ipsius *Florilegii* hoc initio: *Ad evidentiam tabule infra scripte super epistolas beati Bernardi notandum primo, quod harum epistolarum quaedam sunt breves ut medij folij, uel unius integri seu minoris spatij, et iste non diuiduntur. quaedam uero sunt prolixae, et iste secundum prolixitatem maiorem uel minorem diuiduntur in plures et pauciores partes, quae partes ordinate significantur per literas alfabeti positas ordinate, ut prima pars p. a. 2^a pars p. b. et sic de aliis. Vnde numerus quotat epistolam, litera uero par-*

tem &c. Tandem a verbo *Abbas* incipit ipsum *Opus* ita: *Abbatis sententiae debet stari secundum regulam monachorum. 314. &c.* Sequitur *Abissus. Abstinentia. Abutentes. Abuti. Accademicorum. Aëtus &c.* Ultimum est: *Zelus loquendi pro innocente contra prauos calumpniantes. 233. s. Monachus insurgens. a.* Promptum hujus *Florilegii* usum non nisi eos habere, qui *Codicem* nacti fuerint, in quo *Epistolae* ordine nostro decurrant, vel me tacente quivis videt.

CCCCXXXVII.

Codex membranaceus lat. Sec. U. 232 partim XIII. partim XII. f. min. luculente magnam partem scriptus et rubricis distinctus, olim *J. Alex. Brassicani*, dein *Job. Fabri Ep. Vien.* ut anterior praefert *Theca*, complectitur: I. *Hildeberti Ep. primum Cenoman.* dein *Turonensis Archiepiscopi* circa an. 1134. de functi *Epistolas LXXVIII.* e C-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 160

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

1019

CODICES

1020

XXIX. editis ab *Ant. Beaugendre* inter *Hildeberti Opera Paris. 1708.*f. quarum cum III. ejus **Libris** comparatarum hic ordo est:

Ex his jam *Epistola* 31. I. 10. fol. 7. p. 2. in Codice ad illa verba: *Actum fortasse putas &c.* perperam secta est in duas. *Epistola* 34. II. 20. fol. 10. p. 2. incipit: *Spes fuit bis aut tercio iteratis ad te litteris &c.* ubi Edita legunt: *Semper fuit opus bis aut tertio &c.* *Epistola* 79. I. 4. fol. 40. p. 2. quae in Editis longius procurrat, nobis sistit in iis verbis: *in reſte geſtis per humilitatem*, quemadmodum in duobus *Codd.* apud *Beaugendre* edit. col. 8. Fol. 13. mediis *Epistolis Hildebertinis* incurrit ἀνεπιγυραφως Declamatio illa in *Virginem lapsam* incipiens, ut *Codices*

paucis exceptis solent: *Audite qui longe estis et qui prope &c.* et *Ambrosio* tributa prae *Hieronymo* et *Johanne Chryſ.* qua de re vide, si lubet, *Admonitionem Maurianorum* T. II. *Opp. Ambrosii, Paris. 1690. col. 305.* Nihil ibi de *Hildeberto*, ad cujus tempora vel ex eo capite spectare nequit haec Declamatio, quod gentilitatem et Synagogam Ecclesiae ob dictae Virginis lapsum insultantem memorat. Ad calcem *Epistolarum* adscripti sunt primum *Verficuli de Matrimonii Impedimentis: Aetas et votum cognatio tripla nepotum &c.* dein de *Horis canonicis: In matu.*

matutino dampnatur tempore Christi &c. qui facile Hildebertinis adcenteri possunt. Denique ut le-

Editio:

abdicas lectionem
cum natura non deliberas
ad superos
abhorreat Doctor
exhibent christianum. Nunc au-

tem
Citra perfectum proficit
totum offerri
suum vouet, sacrificium est

nisi publicetur, elabatur

Itaque eo magis audiendum Codicem putem, quo propius ad Auctoris tempora accedit.

II. fol. 41. p. 2. Brevis Observatio de Syllabis, quae accentu notandae sint, et mox Ανακεφαλαίωσις longioris Operis in Cantica Canticoꝝ. hoc initio: *Ut labor noster omnibus fiat fructuosus breui epylogo cuncta repetamus. Hic liber ibi incipit, ubi humanum genus pacem id est gratiam dei per christum recepit.* &c.

III. fol. 42. Vocabularium verba hebraica, graeca et minus obvia latina latine, saepe tamen etiam theotifce, explicans, sed, quod dolendum, in litera P. abruptum membranis deperditis. Incipit: *Adam homo uel terrenus. Abel uel pauor uel luctus uel uanus. Abram pater excelsus &c.* Dabo Glossarum theotifcarum, quae semper superlineares sunt, specimen: *Ararab phant. Acinax azger. Alfaltum*

tionis specimen dem, en collatam Epistolam I.

Codex:

locucionem
Omissum non, cum omnibus Mss.
ad celos
abhorreas
non exhibent christianum. Hunc
autem. rectius.

Citra perfectum rectius.
pecus offerri
suum aliquid deo vouet et aliquid
non vouet
nisi publicetur, cito elabatur.

(ασφαλτος) bitumen baz (Harz).
Arula uas prunarum glutphanna.
Attacus hebera (Graculus). Ariola
buoba. Antempna segetruota.
Absintium wermut. Anetum tille.
Apium epsi. Acies wassa. Allium
clobelouc. Ascolinium (Ασκαλα,
Caepa Ascalonia, Echalote) asfelouc.
Alapa orslac. Aulicus boueline
uel bouetrut. Aspidiscus uncinus
crapho. Anser gans. Aneta auis
anith. Auena habero. Aruina
fmero. Auiarium uogelweida. Adolata
(Dolabra) bartuo. Allabroz
(Allobrox) gallus, ridicule Glofator:
hano. Adulator lofer. Allido
elido ibc Zecnuse. Aurifrigium
(phrygium) goltbort. Aurugo ge-
lofoctb. Atque ita multa alia per
sequentes Literas.

IV. fol. 50. Membranis pluribus, ut supra dictum est, deperditis sequuntur hic extrema Libelli, cujus haec Subscriptio: *Explicit Disputatio De Dialectica Et*
De

De Virtutibus Eius Sapientissimi Regis Karoli Et Albini Magistri; et continuo additur: Item Versus Eiusdem De Arte Rethorica Incipiunt. Haec litera quadra miniata, manuque Sec. XII. Tum Ogdofichon: *Qui rogo ciuiles cupiat &c.* et ipsum Opusculum dialogicum hac inscriptione quadra: *Incipit Liber Artis Rethorice Item Sub Interrogatione Karoli Imperatoris Et Responfione Albini Magistri.* Ejus initium: *Quia Te Venerande Magister Albine Deus Adduxit &c.* Ut edit. *Ratisb.* 1777. T. II. P. 4. p. 313. qua plenior videtur Codex, nam mox sub initium post verba: *bestiarum more uagabantur*, addit: *et sibi uictu fero uitam propagabant*, et ad verba: *viribus corporis abutebatur*, jungit: *perniciosissimis satellitibus.* Itaque totus conferri mereretur. Ad calcem illam totius Rhetoricae Συνοψιν pulcro Schemate orbiculari exhibet. Absunt tamen Versus in edit. subiecti.

V. fol. 70. p. 2. haec Traditio manu Sec. faltem XIII. temere adscripta est. *Haimricus gruot. Dietmarus. Chunradus Scoober. Eberhardus in Tumstadel. Dabunt de Salina per duos annos Mille et Cententa denar. Que dabunt continuatim per menses. In quolibet mense XL. et VI. libras persoluent. Annus inicium habebit in festo S. Martini et finem. Montem aque bene colent. patellas (aggresses, Wehren?) et alia eius instrumenta bona uel meliora reddent. Ligna accipient in inferiori parte claustrii. et in superiori cum fuerit*

necesse. Iudicium habebunt Scellinberch per omnia excepto si aliquis fuerit occisus uel sic uulneratus quod membrum habebit debilitatum. Domum habebunt ecclesie et pratum inferius. Sacerdotem ibi cantantem procurabunt. Salem dabunt nobis ad cibum et utilitatem ecclesie. ut ante est factum. Quolibet anno in ieiunio Sevmam (onus equi clitellarii, Σαρμα, Soma, Sauma) uini latini (italici) et CXX. simulas (nunc Semmel) et pifces ad duas cenas dabunt. Cum ad oram inferam fol. 22. legatur in Codice: Liber sancti Ny. id est Nicolai, fortasse non incongrue Contractus iste ad Canoniam Nicolaitanam O. S. Aug. prope Passauium a. circiter 1070. fundatam referatur, quamvis non habeatur Vol. IV. Monum. Boicor. Nomina inferta certe id non diffuadent.

VI. fol. 71. *Incipit ut sequitur salustius de gestis cateline qui liber vocatur catelinarium Vnde catelina fuit ciuis romanus nobilis. Inepta haec adlevit manus Sec. XV. cum Textus ipse faltem XIII. fit, et quidem admodum sincerus; collatum enim Prooemium cum Recens. Havercampiana Amst. 1742. 4. non nisi in sequentibus abit: auxilio eget pro veget. aliud alios ferre pro aliud alio ferri, ignota Havercampio lectio, neque penitus spernenda τω fero adhibito pro requiro, designo, intendo. Omnes arant pro homines. peregrinantes transfere pro transigere. scriptorem et auctorem pro auctorem. inuidia dictum pro dicta. si supra ea pro supra ea. adolescentulus in initio*

tio pro initio. a studio pro studio. metu id est partibus Reip. pro metu partibus Reip. quarum lectionum quaedam admodum sunt probabiles.

VII. fol. 78. p. 2. ab eadem manu Eiusdem *Bellum Jugurthinum* sequitur, cuius pariter Prooemium cum Edit. *supracit.* contentum in sequentibus ab ea variat: *praestabilius inuenies pro inuenias. potens pollensque pro pollens potensque. per socordiam pro secordiam. suam quique culpam auctores pro suam quippe culpam auctores. multaue etiam periculosa pro multumque. uti pro mortalibus, quod non fuit in Codd. Havercamp. pro ubi pro mortalibus. iterum socordia torpescere pro secordia. per fraudem is (honus) erat pro jus fuit. delicta eorum (a sec. manu)*

corrigas pro delicta corrigas. libertatem gratificari pro libertatem suam gratificari ex aliis negotiis pro iis negotiis. gloriam majorum adaequaverit pro gloriam adaequaverit. piget pudetque non observatum Havercampio et quod longe frequentius a Scriptoribus coniungi solet, pro piget taedetque. Haec indicasse pro instituto meo sufficiat Codicum mss. Sallustii curiosis. Ad calcem visenda adumbratio sphaerica Mappae geographicae trium Orbis Partium, Asia occupante Hemisphaerium superius, inferiore ad perpendicularum in Europam, Africamque secto, utroque Provinciarum nominibus, Urbium, que figuris consperso, ad Sec. XIII. pertinens, cui manus Sec. XIV. inscripsit:

*Al diu welt mit grumme stet. der darundir muozic get
Muge wol uerwerden (perire) sin ere muoz ersterben.*

CCCCXXXVIII.

U. 26 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 280. f. per duas columnas currente calamo exaratus et rubricis distinctus, sed aevo, fituque male habitus Varia continet, quae ordine exponam. I. *Petri Blesensis Galli* e Canonico *Bituricensi* Archidiaconi *Bathoniensis*, tum *Londin.* et Cancellarii *Cantuar.*, Regiique Procancellarii a. 1200. vivis exemti *Epistolas* numero CXXX. quae omnes ex illis CLXXXIII. sunt, quae in edit. *Parif.* 1667. f. leguntur, atque etiam ordine aliquatenus cum his
Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

procedunt. *Solius Epistolae ad Vilhelmum Electum S. Mariae*, quae in editis est 134. in Codice vero 67. fol. 54. aliud initium habet Codex, quod hic adscribo: *Cum bo. me. abbas pbs nomine tributum mortis exsoluerit. testimonio enim prophete fedus cum morte percussimus omnes qui in nobis responsum mortis habemus. Electus es pater carissime a tuis fratribus in abbatem. Sic namque a diebus antiquis ecclesie pro patribus nati sunt filij, et iuxta verbum Dominus suscitavit de filiis prophetarum et iuvenibus nazareos. Sic ueteribus amicis evanescentibus noue pro-*
Ttt pagi-